

Hocce autumno publicè *Classes* tuas *Morborum* docebo, tuâ veniâ; si exigant studiosi seorsim has edere vellem, uti morbos definitos dedisti in *Pathologiâ*.

Testor Deum omnipotentem, quòd si cum ullâ navî occasionem obtinuerim, ad te mittam *Hortum Cliffortianum* et varia alia.

Pulcherrima sunt quæ de *Coriariâ* detexisti. Smolandiâ Australi (*Sueciæ provinciâ*) plures epileptici sunt, quàm in totâ Sueciâ; occasionem hæc æstate reperi, scilicèt quòd lavant capita infantùm exulcerata frigidâ aquâ, undè retrocedunt exanthemata s. scabies, et infantes dein per vitam ægrotant.

Quæso, examines et describas florem fructumque *Camphoratæ* Mospeliensium; qui enim in *Actis Parisinis* delineatus est, non sufficit.

D. Seguieri * bibliotheca optimè elaborata est;

Quelque temps avant sa mort, il remettait encore à de Ratte, son collègue et son apologiste, plusieurs Mémoires qui, aujourd'hui, doivent être perdus. On conserve aussi un autographe de Sauvages sur *l'Application de quelques principes de mécanique à la théorie de la médecine*. (ÉTUDES SUR SAUVAGES, *præcil.*, p. 25-51.)

* SEGUIER (J.-Fr.), de Nîmes, 1705-1784, après avoir suivi Scipion Maffei en Italie et dans une partie de l'Europe, fut chargé par l'abbé Bignon de mettre en ordre les précieuses collections de Botanique